

cohibeat : discurrere vero per saeculum, velut mergere se in lacum sanguinis perhorrescat. *Ibid.*, cap. 32.

101. Melius est in religione vel segnitè vivere, quam funditus in mundana conversatione perire. Opusc. 13, cap. 7.

102. Raro progressurus egradere, ut semen verbi, quod sparseras, jugiter valeas excolendo rigare. *Ibid.*, cap. 15.

103. Monachi discurrentes, non Monachi dicendi sunt, sed gyrovagi. Opusc. 27, cap. 3.

104. Nihil simplicitati nostrae cum astutia saeculari, nec decet ut qui in saeculo eremum elegimus, nunc de eremo ad saeculum redeamus. Lib. 6, epist. 12, ad Eugen. Pap.

105. Si vis in bono statu perseverare, noli extra domum tam saepe vagari. Serm. 2, ad Novit.

106. Onanto quis latius foris extenditur, tanto intus minoratur. *Ibid.*, serm. 3, divis. 1.

107. Cor religiosi debet esse in celo, non vagari in saeculo. *Ibid.*, serm. 13, divis. 2.

108. O quem rarum et alienum est in multis religiosis saepius non egredi, qui pro poma carceris reputarent, si infra annum extra septa monasterii, vel extra portam spatium causa exire non deberent! *Ibid.*, serm. 13, divis. 10.

109. Nullos aedificat evagandi libertas, nam verè devotionis nutritius, est solitarius et religiosus inclusus. *Ibid.*, serm. 14, divis. 5.

110. Cum aliquis uno pede claudus, aut monoculus egreditur, raro utroque sanus revertitur. *Ibid.*, serm. 14, divis. 6.

111. Vulpes exiens foveam, nescit diu per rectam incidere viam : sic homo vagus, diu nequit se fingere, sed seipsum prodiit etiam invitus coram nullis ignotis, aut verbis, aut factis aperitis. *Ibid.*

112. Laudabile est homini religioso, raro foras ire, fugere videri, nolle etiam homines videre. Lib. 1, de *Imit. Christi*, cap. 20, sect. 6.

113. Laetus exitus, tristis saepe reditus parit. *Ibid.*, cap. 20, sect. 7.

114. Necessaria et utilis est vago clausura. In *Hortulo Rosar.*, cap. 8, sect. 2.

115. Qui saepius foris evagatur, raro inde melioratur. *Ibid.*, cap. 10, sect. 2.

116. Vagus horret disciplinam et cellam, sicut avis capturam. *Ibid.*, cap. 11, sect. 2.

117. Foris vagantibus Deus denegat experimentum internae suavitatis. *Ibid.*, cap. 12, sect. 3.

118. Vae tibi, qui saepe foris evagaris, et tempus infructuose expendis. In *Valle litor.*, cap. 15.

119. Vagus et instabilis vilesit, saepe foris visus : fugiens autem turbas et manens intus, reputatur sanctus. *Ibid.*, cap. 18, sect. 2.

120. Qui libenter foris ambulat, et hinc inde fabulari desiderat, raro est, quin cor suum maculet, et indevolat ad cellam pacis amicum redet. *Ibid.*, cap. 23.

121. Qui foris vagatur, innumeris periculis patet. De *Discipl. claustr.*, cap. 7, sect. 3.

122. Quod si omne rarum, charum censetur : tanto erit quis Deo charior, et hominibus reverentior, quanto rarius foris videtur. *Prose.*

123. Lumen in lucerna clausum, fulgorem suum retinet et ardorem : extra vero positum et ejectum, levi flatu extinguitur et tenebrescit. In *Dialogo novit.*, cap. 4, sect. 4.

124. Cave a frequentè exitu, et ubi opus non habes, ne accedas. De *Exercit. spirit.*, cap. 4, sect. 2.

125. Si obedientia jubet, vel utilitas egredi : requirit, vade cum decenti disciplina, et cito ad tua revertere secreta. *Ibid.*

126. Foris saepe hauritur, unde interior homo inquinatur. *Ibid.*

127. Ad cavendum laqueos apertos vel occultos, libentius sis intus, quam foris. *Ibid.*

128. Vidi frequentè evagantes, et nullum fructum inde ferentes : heu ! raro exiit sine periculo, rarius sine culpa rediit. *Ibid.*, cap. 4, sect. 4.

129. Sicut arbor fructificare non potest, si saepius transferatur : sic monachus, frequentè migrans nec potest fructificare. Lib. 5, libell. 7, de *Fortitud.*, num. 26.

130. Patres nostri deserta sequebantur, nos autem civitates sequimur. Lib. 40, cap. 168.

131. Cum in cella sum, in pace estamina mea : cum autem foris egredior, conturbor. In *Sent.* in fine positus, sent. 25.

SENTENTIA PAGANORUM.

132. Egressurus domo, tecum expendo, quid foris agere velis : domum ubi redieris, quid egeris reputato. In *Sentent.*, sent. 2.

133. Si aliquando acciderit, ut foras promineas, et alicui placere cupias, te de statione tua dejectum esse scito. In suo *Enchirid.*, cap. 30.

134. Non est accedendum ad, unde liber regressus non sit. De *Tranquillitate animi*, cap. 5.

135. Circumcidenda est concursio. *Ibid.*, cap. 12.

136. Isti qui per officia discursant, se aliosque inquietant. De *Brevit. vite*, cap. 14.

137. Primum argumentum compositae mentis existimo, posse consistere, et secum morari : musquam est, qui ubique est, non coalescit planta, quae saepe transfertur. Epist. 2.

138. Quid tibi vitandum praecipue existimem, quavis ? turbam : non dum illi te tuto commiseris. Epist. 7.

139. Avarior redeo, ambitiosior, luxuriosior, imo vero crudelior, et inhumanior, quia inter homines fui. *Ibid.*

140. Non vagatur quod est fixum et fundatum. Epist. 35.

141. Tam frequens migratio, instabilis animi est : coalescere otio non potes, nisi desinas circumcursare et errare. *Prose.*

142. Ut animum possis continere, prius corporis tui fugam siste : interrompenda non est elegi, et vite prioris oblitio. Quoties processeris, in ipso transitu aliqua quae renovent cupiditates tuas, tibi occurrent. Epist. 69.

Vide etiam tit. *Cello*, sent. 53, 82, 83 ; *Monachus*, sent. 8, 10, 11, 90 ; *Multitudo*, sent. 40, 41 ; *Ornatus*, sent. 87 ; *Religiosus*, sent. 134.

ELECTIO.

CASSIODOR. *Etymologia*. Eligere non est nisi de multis unum legere. Super *Psalm.* cxviii, versu *Viam veritatis elegi*.

HECO GARD. Eligere est extralocus aliquem legere. Super *Luc.*, cap. vi.

S. ANTONIN. *Definitio*. Eligere est appetere aliquid propter aliquod consequendum. Part. 1, tit. 4, de *Voluntate*, cap. 2, § 4.

S. AMBROS. Eligere est alterum alteri praepotere. Super 1 *sent.*, dist. 40, art. 3, quest. 1, argument. 2.

S. JOANNES DABASAC. Nihil aliud est electio, quam ex duabus rebus propositis alterius praeter altera susceptio. Lib. 2, de *Fide orthodox.*, cap. 22.

IN VIT. PATR. Electio est appetitio eum deliberatione conjuncta earum rerum, quae in nostra potestate sites sunt. Lib. 4, in *Vita SS. Barlaam et Josephat.*, cap. 15.

PLATO. Electio est probatio recta cuiuslibet rei. *Syzygia* 6, de *Definit.*

S. AUGUST. *Divisio*. Sunt tres modi eligendi : electio, subelectio, et praeelectio. *Prose.*

Electio est quando de multitudine bonorum et malorum, eligitur bonum.

Subelectio est quando de bonis electis, eliguntur meliores : postquam de melioribus optimi eliguntur, praeelectio est. Serm. 29, ad *Fratr.* in *eremo*.

S. BONAV. Quadruplex est electio : divina, humana, angelica, diabolica. Serm. 4, *Dam.* 19, post *Pent.* in *ilud* : *Pauci vero electi*.

Eliguntur enim homines a Deo, ab hominibus, ab angelo, a diabolo : sed heu ! licet pauci sunt electi Dei, tamen electi diaboli multi sunt.

SENTENTIAE PATRUM.

S. AMBROS. 1. Dignus plane debet esse vir, qui sequendus proponitur omnibus. Lib. 10, epist. 82, ad *Vercellens. Ecclesiam*.

2. Si terrestrium rerum dispensatores idonei quaerendi sunt, quanto magis coelestium ? *Prose.*

3. Magna ergo cura eligendis est, qui domum Dei regendam accipiat. Super 1 *Timot.* tit. in *ilud* : *Ne in opprobrium incidat*.

4. Ubi est estimatio vel discretio, ibi est et electio. Part. 4, tit. 4, cap. 5, § 1.

5. Nobilitas excusare non potest, ut promovetur malus : quia quanto nobilior, tanto nocivior. Part. 2, tit. 4, cap. 20, § 1.

6. Necessarium est concilium ante iudicium de eligendis haberi. Part. 2, tit. 2, de *Prudentia*, cap. 4, § 4.

7. Quisquis ad majora idoneus est, nullo magis ad minorà idoneus erit. De *Pensione et cruce Domini*.

8. Quis ferat eligi divitem ad sedem honoris, contempto paupere instructiore atque saniore ? Epist. 29.

9. Nullo pacto potes recte eligere, quando quod eligas non est. Lib. 3, de *Lib. arbitrio*, cap. 8.

10. Illum cognosce missum a Deo, quem non hominum laudatio, vel potius adulatio eligit, sed illum, quem et vita et mores optimi commendant. In *Dialogo*. lxx, quest. ultima.

11. Circa illum, quem eligis, probanda est discretio. De *Amicitia*, cap. 21.

12. Plerumque homines selecti sunt nobilitate criminum, non dignitate virtutum. Lib. 7, de *Civitate Dei*, cap. 33.

13. Ubi merita considerantur, electio est, non sors. Super *Psalm.* xxx, conc. 2, vers. 13.

14. Eliguntur qui non sunt, nec errat qui eligit, nec vane eligit ; eligit tamen, et habet electos, quos creaturas est eligendis. De *Verbis Apostoli*, serm. 11.

15. Tene certum, dimitte incertum. Homil. 44, ex *Vita Hamit*.

16. Magnum est quod elegit, qui non fallitur dum elegit, majus est quod Dei est opus ad quod elegit, sed maximum quod inior electos praeelegit. Serm. 20, ad *Fratr.* in *Eremo*.

17. Electio primo fieri debet cum discretione atque concordia ; secundo, ex charitate ; tertio de gremio Ecclesiae ; quarto qui eligitur debet esse bonae famae ; quinto virtuosae conversationis ; sexto, ut majus cupiat professe quam processit. Super *Acta Apostol.*, cap. 6.

18. Ministri eligantur, quorum vita atque doctrina illos magis exornet, quam dehonestet. *Elab.* in *Decretis Gratiani*, part. 2, causa 12, quest. 1, can. *Necessaria*.

19. Ubi se virtutum non potest ingerere comparatio, studiorum non laborat electio. Serm. de *Ordinal. et cardo*.

S. ANTONIN.

S. ATHAN. MAGNUS.

S. AUGUST.

DIONYSIUS CARTUS.

S. EUGENIUS PAPA.

S. EUSEBIUS EMISSENS.

S. PETRUS MAUR. ABB. CLUNIAC.

THOMAS A KEMIS.

IN VIT. PATR.

CLEOD. LIN.

EPICLETUS

SENECA.

S. BONAV.

S. AMBROS.

- GILBERT. ANGLUS. 20. In eligendo semper est libertas, sed non est semper libertas ad eligendum. *Serm. 39, super Cant. apud S. Bernard., num. 3.*
21. Eligere nisi libere non potest, sed et aliquid quod non eligere per se potest. *Ibid.*
- GLOSS. DEZ. 22. Eligendus est potius, qui peccavit et poenituit, quam qui semper fuit bonus: quia magis scit compati peccatoribus. In *Decret. Gratiani.*
- GLOSS. ORD. 23. Habet Christus consciium munditiae testem, cum suum non dubitet eligere proditorem. *Super Matth., cap. x.*
- GLOSS. INT. 24. Quicumque divitem propter divitias eligit, et pauperem propter paupertatem abiecit, utrobique peccat. *Super Epist. Jacobi, cap. 11, in illud: Nolite in personarum acceptione habere fidem.*
- S. GREGOR. MAGNUS. 25. Unum signum electionis, est soliditas charitatis. *Homil. 17, super Eszech.*
26. Manifestum bonitatis esse liquet iudicium, in unius electione cunctorum convenire consensum. *Lib. 4, in Registro, indict. 13, cap. 59, epist. 45, ad Joan. Episc. Ravennae.*
27. Nulla sit in electione venalitas, ne dum electores premia appetant, discretionem electionis amittant, et illum dignum ad hoc esse arbitrentur officium, qui non datione, sed meritis placuerit. *Ibid., cap. 67, epist. 23, ad Castorium notarium.*
28. Non largus praemiis, sed dignus meritis in officio eligatur. *Ibid.*
29. Ille ad quodlibet officium perducatur, quem morum gravitas commendat et actio. *Ibid., lib. 5, indict. 14, cap. 107, epist. 7, ad Theodorum, episc.*
30. Ille ad officium eligatur, quem dignum vita et mores ostenderit: et nullus ex datione pecuniarum, vel quarumlibet patrocinio personarum, seu proximitatis accedere patiat. *Ibid., lib. 7, indict. 1, cap. 5, epist. 5, ad Brunichildam reginam Francorum.*
31. In sacerdotibus fides est eligenda cum vita: si enim vita deest, fides meritum non habet. *Ibid., lib. 7, indict. 2, cap. 114, epist. 114, ad Theodoric. et Theodebert. reges Francor.*
32. Ad electionem officiorum sacerdotum viri sancti non solum recipiendi sunt, sed etiam invitandi. *Lib. 3, in I Reg., cap. 1v.*
33. Digne indigniorem recipiunt, qui indignum indigne eiecerunt praesumunt. *Ibid., lib. 4, cap. 4.*
34. Omnis qui eligitur, ut fidelibus subditis dignitate praemineat, praelatione sua non suum, sed Domini iurum querat. *Ibid., cap. 5, super illud: Unxit te Deus in principem.*
35. Illud praes omnibus tibi cure sit, ut in electionibus nec datio quibuscumque modis interve-

- niat praerium, nec quarumlibet personarum patrocinia convalescant. *Lib. 2, in Registro, indict. 11, cap. 61, epist. 22 ad Antonium subdiacon.*
36. Si quorundam patrocinio fuerit quisquam electus, ordo ecclesiasticus non servatur. *Ibid.*
37. Talem personam electores debent sibi eligere, quae nullius incongruae voluntati deserviat: sed vita ac moribus decorata, digna valeat inveniri. *Ibid.*
38. Talem eligite, quasi cui semper debeatis obedire. *Ibid., cap. 46, epist. 29.*
39. Judicari semel in electione debet praelatus, non ultra: sed tanto nunc subtiliter iudicandus est, quanto postmodum iudicandus non est. *Ibid.*
40. Fit plerumque ut ad electionem dum blanda vox queritur, quaei congrua vita negligatur. *Ibid., lib. 4, indict. 13, cap. 88, epist. 44.*
41. Qui carnalem praepositum constituit, tot incurrit postmodum merita, quod ille subditis praebet pravitate exempla. *Lib. 5, in I Reg., cap. 11.*
42. Quanto magis quis repugnat, tanto magis in studia omnium concitat, et moretur negando, quod esse non vult: eoque dignior est, quo se clamet indignum. *Epist. 3, ad Heliodor.*
43. Magister probae aetatis, et vitae, atque eruditionis est eligendus. *Ibid., epist. ad Lestam.*
44. Mores magis eligantur, quam vultum elegantia. *Ibid., epist. 8, ad Demetriad.*
45. Electio de iis fieri debet, quae expedit, non quae licent. *Lib. 13, super Isaia, cap. 65, super illud I Cor. vi: Omnia mihi licent.*
46. Moyses amicus Dei, cui facie ad faciem Deus locutus est, potuit utique successores principum filios suos facere, et posteris propriam relinquere dignitatem sed extraneus de alia tribu eligitur Jesu; ut sciremus principatum in populo non sanguini deferendum esse, sed vitae. *Prosec.*
47. At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere, ut non querant eos, qui possunt Ecclesiae plus prodesse, et in Ecclesia erigere columnas: sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis delinuit, vel pro quibus majorum quisquam rogaverit. *Super epist. ad Tit., cap. 1, in illud: Et constituas presbyteros.*
48. Nemo eligitur, nisi de fribus; et ubi sunt aliqui viliores, ibi electio perpetratur. *Lib. 1, super Epist. ad Ephes., cap. 1, in illud: Sicut elegit nos.*
49. Qui praestantior est, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligatur. *Hab. in Decret. Gratiani, part. 2, causa 8, quast. 1, can. Licet.*

- RUGO CARD. 50. Virtutum deserit consortium, qui speciem eligit non veritatem. *Super Genes., cap. xii.*
51. Non prodesse electio, nisi sequetur assumptio: Judas enim fuit electus, sed non fuit assumptus. *Super Psalm. lxiv.*
52. Raro aliquis canonicus eligitur, sed frustratim de ventre matris extrahitur violenter a paucis electoribus. *Super Ecclesiasten, cap. 3, Morabitur.*
53. Nullus debet eligi in praelatum, nisi qui mortuus sit peccato, et parentibus; et mundo, et sibi. *Super Ecclesiasten, cap. 10.*
54. Raro quis eligitur in praelatum, nisi ratione sanguinis, aut nobilitatis, aut divitiarum: ut possit Ecclesiam ab hostibus corporalibus liberare, et de animabus quae sunt in Ecclesia cura nulla est. *Super Isai., cap. 3, Mystice.*
55. Multi hodie libenter eligunt praelatos, qui bene eos pascant et vestiant. *Ibid., cap. xli.*
56. Multos hodie eligunt carnalis amicitia, sed fere omnes eligit hodie simulata iustitia: qui quidem praelatione accepta non fiunt quod non erant prius, sed quod erant ostendunt. *Ibid.*
57. Hodie frequentius non de bonis melior, sed de malis pejor eligitur: in quo eligentes similes sunt demoniis, qui pejorem diabolum sibi caput constituerunt. *Super Lucam, cap. vi.*
58. Electio debet esse circumspicienda, ut melior et utilior Ecclesiae eligatur; debet esse libera, non coacta, vel conducta prece, vel minis, vel pretio, vel timore. *Ibid.*
59. Non quemlibet eligit Deus, sed cum in quo mortuus est mundus, vel diabolus. *Ibid., cap. 9.*
60. Non debet eligi in dignitatem ecclesiasticam, vel saecularem, vel canonicam, vel plebanum, nisi qui mandata custodierit. *Super Apocal., cap. 11.*
61. In omni electione melior debet praeponi et eligi: et qui aliter facit, peccat. *Prosec.*
62. Sed contra dicit dominus Papa, quod sufficit ad bonam electionem, si bonus est qui eligitur: semper tamen praepositus est melior, si potest fieri cum pace Ecclesiae: sin autem, sufficit si bonus est; malus autem nunquam debet eligi. *Super I ad Cor. xiv.*
- S. INNOC. III. 63. Eligentes scienter indignum, privati sunt potestate eligendi in electione, quae primo occurrit faciendi. *Lib. 1, Decret. const., constit. 42.*
64. Electio per minorem partem capituli facta non tenet, nec per subsequentem consensum ratificari potest. *Ibid., const. 46.*
65. Compromittentes tenentur recipere electum a compromissariis, si sit dignus, nisi contra formam compromissi, cum appareat electum. *Ibid., const. 49.*
- Tom. II.

66. Si ex septem compromissariis tres eligunt quartum, et ille consentit; si est idoneus, confirmabitur electio. *Ibid., const. 50.*
67. Non apparentia praes apparentibus, et futura praes iis quae in manibus sunt, praeligenda sunt. *Homil. 31, super Gen.*
68. Non quae voluptuosa sunt, sed quae prosunt, eligamus. *Homil. 16, super Epist. ad Hebr., in Morali.*
69. Tanto dignior iudicaris, quanto a crimine ambitionis videris esse remotior. *Lib. 3, de Nugis curial., cap. 1.*
70. Dignum videtur, ut is caeteris praefertur, quem vitae meritum et sapientiae doctrina adornant. *In cap. 2, Regul. S. Bened., verbo Ingenus.*
71. Eliguntur ut plurimum non doctiores, sed ad congregandas divitias perituras avidiores. *De Inst. vite sacerdot., cap. 4.*
72. Non potest quisquam eligi meliora, et scire quid bonum sit: nisi sciat simul rejicere ac vitare quae mala sunt. *De ira Dei, cap. 13.*
73. Boni operis sibi comparat fructum, qui rectum servat in eligendo iudicium. *Prosec.*
74. Gravi semelipsum afflicti damno, qui ad suae dignitatis collegium sublimat indignum. *Epist. 87, ad Episc. African., cap. 1.*
75. Valde laborandum est, ut in electione non erretur: nam totius familiae domini status et ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non invenitur in capite. *Ibid.*
76. Valde iniquum est et absurdum, ut imperiti magistris, novitantiis, et indigni praeferrantur emeritis. *Ibid.*
77. Qui praestantior est ex omni populo, qui doctor, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur. *Homil. 6, in cap. viii, Levitici, super illud: Convocavit Moyses Synagagam.*
78. Discant Ecclesiarum principes, successores sibi non eos, qui consanguinitate generis iuncti sunt, nec qui carnis propinquitate sociantur, in Ecclesia principatum eligere, sed Dei iudicio totum de successoris electione remittere. *Homil. 22, in cap. xxvii, Numer., super illud: Et apponeris ad populum.*
79. Nulla hic populi acclamatio, nulla consanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habebatur contemplatio: gubernatio populi illi tradatur, quem Deus elegerit; homini scilicet tali, qui habeat spiritum Dei, in quo sit claritas legis et scientia. *Ibid., super illud: Assume ad teipsum Jesum filium Nave.*
80. Nihil electum, nisi melius, et majus, ex alio. *Epist. 3, ad Sympronian.*
81. Electio clandestina et furtiva, consuetudini

S. JOHANNES
CHRYSOST.

JOAN. BAR.

JOAN.
TRITH.

LACT. FIRM.

S. LEO I.

ORIGENES.

S. PACIANUS
EP. BARRIN.

PETR. ELES.

contraria est, inimica legibus, damnata decretis, et moribus reprobata. Epist. 27, ad *Canonicos*.

82. Elegerunt te fratres tui, esto in illis quasi unus ex illis. *Edifica* eos verbo, actu, vultu, habitu, et incesso: sic te amabilem exhibeas et imitabilem, ut tota conversatio tua *edificet* alios ad salutem. *Ibid.*, epist. 134, ad *Vilhelm. clericum*.

S. PETRUS
BAMIANUS.

83. Qui per Dei misericordiam inter vos prudentes habetis, unus ex eis eligatur, qui ad exequendum hoc negotium utilior invenitur. Lib. 5, epist. 10, ad *Clerum Faventia*.

S. SYNEBIUS
EPISCOPUS.

84. Seligendus vobis aliquis est, qui sit omnium utilissimus. Epist. 57, *advers. Aulronic*.

IN VITIS
PATR.

85. Quotiescumque christianis aliquid eligendum est, Christus est ante omnia auscultandus. Lib. 4, In *Vita S. Eugenio*, cap. 10.

SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTEL.

86. Electio virtuti esse familiarissima, et magis quam ipsi actus, diducit mores, atque expendit. Lib. 3 *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 2.

87. Electio non est eorum, quae fieri nequeunt: quod si quis eligere dixerit ea, amens esse videtur. *Ibid.*

88. Constat sine prudentia, sineque virtute, electionem rectam non fore. *Ibid.*, lib. 6, cap. 13.

89. Deligenti ducem exercitus, deligendus est rei militaris peritissimus homo. *Ibid.*, lib. 9, cap. 2.

PLATO.

90. Ut bene eligamus quales res sint bona, quantum male, arte et industria opus est. *Syzygia* 3 de *Rhetorica*.

91. Quod optima sunt, eo ipso sunt eligenda. *Syzygia* h, lib. 4, de *Legibus*.

PLINIUS II.

92. Imperatoris omnibus, eligi debet ex omnibus. In *Panegyrico de Traiano Augusto*.

SENECA.

93. Hoc mihi videtur miserimum, quoniam mala pro bonis legere, dementia est. De *Beata vita*, cap. 6.

Vide etiam tit. *Dignitas*, sent. 37; *Episcopius*, sent. 69, 75, 77, 119; *Honestas*, sent. 26; *Pastor*, sent. 76, 95; *Personarum acceptio*, sent. 5; *Praedestinatio*, sent. 47; *Proximus*, sent. 45; *Regimen*, sent. 59; *Resurrectio a peccato*, sent. 95.

ELEMOSYNA.

S. ANTONIUS

DE PADIUA.

Etymologia. Eleemosyna dicitur ab Eli, quod est Deus; et Moys, quod est aqua. Inde eleemosyna, quasi Dei aqua. *Serm. Dom.* 10, post *Trinit.*

S. BERNARDINUS.

Definitio. Eleemosyna est subventio miserationis corporalis ad alterius miseriam revelandam. *Serm.* 9, *Dom.* 1, *Quadrages.*, art. 3, cap. 2.

S. THOMAS
AQUINAS.

Eleemosyna est opus, quo datur aliquid indigentibus ex compassione propter Deum. 2, 2 *quest.* 32, art. 4.

Divisio. Quatuor genera sunt eleemosynae: proximi correctio, injuriarum remissio, sui miseratio, proprii beneficii collatio. Super *Psalm.* xxxvi.

Septem sunt eleemosynae: tres gloriose: Doctrina, consilium, liberalitas; quatuor gloriosiores: oratio, compassio, injuriarum remissio, amoris conjunctio. Super *Prov.*, cap. xix.

Due sunt eleemosyna corporalis, scilicet, egeni dare quiddam potueris; altera spiritualis, scilicet, dimittere a quo Jesus exiit. *Prosecc.* Harum prima adhibenda est miseris, secunda malis. Lib. 3, de *Sun. bona*, cap. 60, sent. 14.

Comparatio. Homo eleemosynarius est sicut nutritrix, quae lactat puerum. Tit. 2 *Diata*, cap. 7.

SENTENTIA PATRUM.

1. Grandis culpa, si sciente te fidelis egeat, si scias eum sine sumptu esse, fame laborare, armorum perpeti, qui praesertim egere ardebeat. Lib. 1, *Offic.*, cap. 30.

2. Affectus divitem eleemosyna collatorem, aut pauperem facit, pretiumque rebus imponit. *Ibid.*

3. Pauper quod habes possit, quod non habes non requirit: fructus laboris tui, thesaurus est inopi, et duo aera, si sola sint, census est largientis. Lib. 1, de *Virginitibus*.

4. Nullum tam grave delictum, quod non purgetur, extinguatur eleemosynis. *Prosecc.*

5. Magna enim est eleemosyna, quae ardentium criminum globos benevolentiae suae fonte refrigerat, et quodam irriguo largitatis obruit incendia delictorum.

6. Ut quamvis offensus Deus quamvis criminibus provocatus, cogatur liberare eleemosynis, quae disposuerat punire peccatis. *Serm.* 15.

7. Eleemosyna quodammodo animarum aliud est lavacrum, ut si quis forte post baptismum humana fragilitate deliquerit, supersit ei, ut iterum eleemosynis emundetur. *Serm.* 31.

8. Non minus est criminis habenti tollere, quam eum possis et abunde, indigentibus denegare. *Proseccutio*.

9. Esurientium panis est, quem tu destinas: andorum indumentum est, quod tu recludis, miserorum redemptio est pecunia, quam tu in terram defodis.

10. Tot te ergo scias invadere bona, quot possis prestare quod velis. *Serm.* 81.

11. Da pecuniam si habes, prosi alii quae tui gloria est: da quasi non receptoris, ut lucro cedat si reddita fuerit. *Prosecc.*

12. Qui non reddit pecuniam, reddet gratiam: si fraudaris pecunia, acquies justitiam: si amittitur pecunia comparatur misericordia. De *Tobia*, cap. 2.

S. BONAV.

HUGOCARD.

S. ISIDORUS
HISPALENSIS.

S. ANTONIN.

13. Seculares de bonis propriis nondantes eleemosynam indigentibus, quos sciunt, cum deceter possunt, furtum faciunt. Part. 1, tit. 16, cap. 4, § 11.

14. Inhumanus cum non det eleemosynas ex avaritia, Deum placare non potest: et per consequens remanet inimicus, et nil quod facit boni potest Deo esse gratum. Part. 2, tit. 1, cap. 24, § 2.

S. AUGUST.

15. Qui vult eleemosynam ordinate dare, a seipso debet incipere, et eam sibi primum dare: est enim eleemosyna opus misericordiae verissime dictum. In *Enchirid.*, esp. 76.

16. Ea eleemosyna nihil est majus, qua ex corde dimittimus quod in nos quisque peccavit. *Ibid.*, cap. 73.

17. Per eleemosynas de peccatis praeteritis est propitiandus Deus; non ad hoc emendus quodammodo, ut ea semper liceat impune committere. *Ibid.*, cap. 70.

18. Non solum qui dat esurienti cibum, sitienti potum, nudo vestimentum, peregrinanti hospitium, fugienti latibulum, egro vel incluso visitationem, non sano medelam, erranti viam, delibantur consilium et quod cuique necessarium est indigentibus: verum etiam et qui dat veniam peccanti, eleemosynam dat. *Ibid.*, cap. 72.

19. Eleemosyna datur ad supplendam necessitatem, non ad pasendam pigritiam. De *Opere Monachor.*, cap. 16.

20. In iudicio cordis consideranda est eleemosyna tributis: nec considerandum est quantum sed qua mento, qua affectione dat quod potest. De *Vera et falsa penit.*, cap. 15.

21. Sis caute providens discretionem eleemosynae, ita ut utrisque, danti scilicet et accipienti, sit solatum. De *Salut. docum.*, cap. 5.

22. Multi nulla pauperibus, non misericordia, sed ambitione largiuntur. *Serm. Dom. in monte*, lib. 2.

23. Qui porrigit eleemosynam christiano, non christiano porrigit, qui non in eo diligit Christum. *Prosecc.*

24. Deus, non cui detur, sed quo animo detur, attendit. Lib. 21, de *Civili. Dei*, cap. 27.

25. Si frigeris esurienti panem, ut careas latio interpellantis, non ut reficias viscera indigentis, panem et meritum perdidisti. Super *Psalm.* xlii.

26. Supplicem nullum spernas; et cui dare non potes quod petierit, non eum spernas. Si potes dare, da: si non potes, affabilem te presta. Coronat Deus intus bonitatem, ubi non inventi facultatem: nemo dicat, non habeo, caritas non de sacculo erogatur. Super *Psalm.* ciii, conc. 4.

27. Habet semper unde det, cui plenum pectus est charitatis. *Prosecc.*

28. Plus a te Deus non exigit, quam quod tibi intus dedit: vacare enim non potest non voluntas bono. Super *Psalm* xxxvii, conc. 2.

29. Transit somnus iste, transit vita ista, et nihil invenerunt in manibus suis, qui nihil posuerunt in manibus Christi. Super *Psalm.* lxxv.

30. Omni petenti te da, etsi peccator est qui te petit, da non tanquam peccatori. Quando das tanquam peccatori? quando in quo peccator est, hoc tibi placet ut des: Deum offendis. *Prosecc.*

31. Cum ergo esurierit nescio quis, si habes unde des, da: si vides dandum esse, ad subveniendum da.

32. Occurrit tibi homo peccator: duo nomina dixi: haec duo nomina non superflua sunt: aliud quod homo, aliud quod peccator: quod homo, opus est Dei: quod peccator, opus hominis est. Da operi Dei, noli operi hominis. Super *Psalm.* cii: *Facies misericordias Dominus*.

33. Non tibi Deus dicit, perde quidquid habes, ut vivas exiguo tempore in labore sollicitus: sed da pauperi unde habes, ut vivas semper sine labore securus. Tract. 49, cap. 2.

34. Quam multi sunt, qui jaetantiae causa multa tribuunt, multa donant, et non ibi quarunt, nisi laudem humanam, et gloriam popularem plenam ventis, nulla stabilitate solidatam! Tract. 6, super *Epist. Joan.*, cap. iii.

35. Accipitur magis plaga charitatis, quam eleemosyna superbiae. *Ibid.*, tract. 8, cap. 4.

36. Hoc est bonum unde sis justitia bonus, si habes bonum unde sis bonus, fac bonum de bono unde non es bonus. *Prosecc.*

37. Habes pecuniam, ergo a erogando pecuniam, auge justitiam, minuitur pecunia, augetur justitia: illud minuitur quod eras dimissurus, illud minuitur quod eras relicurus, illud augetur quod in aeternum es possessurus.

38. Consilium do lucrorum, discere mercari: laudas mercatorem, qui vendit mulctum, et acquirit aurum, et non laudas mercatorem, qui erogat pecuniam et acquirit justitiam. *Serm.* 5, de *Verbis Dom.*

39. Da petenti, ut possis ipse accipere: tribue pauperi, si non vis flammis exuri. Da in terra Christo, quod tibi reddat in caelo. *Ibid.*, *serm.* 25.

40. Si ante nos aliquid mitteremus, non ad immane hospitium veniremus: quod enim pauperi damus, ante nos praemitimus, quod autem rapimus, hic totum dimittimus. *Ibid.*

41. De justis laboribus facile eleemosynas, ex eo quod recte habetis date: non enim corrupturi

estis iudicem Christum, ut non vos audiat cum pauperibus, quibus tollitis. *Ibid.*, serm. 35.
42. Nollī velle elemosynas facere de fœnore et usuris. *Ibid.*

43. Dux sunt elemosynæ : una cordis, alia pecunie. Elemosyna cordis est dimittere ei a quo læsus es : nam dare aliqui indigenti aliquando queris, et non habes ; indulgere peccanti quantum volueris, redundabit tibi. *Prosec.*

44. Si in cellario vel in horreo, non habes quod dare possis, de thesauro cordis tui potes proferre quod tribuas.

45. Elemosyna cordis multo maior est, quam elemosyna corporis.

46. Elemosyna charitatis sine terrena substantia sufficit sibi, illa vero que corporaliter datur, si non benigno corde tribuitur, omnino non sufficit. Homil. 6, ex *LII Homil.*

47. Prior de communi tolle quod sufficit necessitatibus domus tuae, quod reliquum est da Christo. *Ibid.*, homil. 8.

48. Intellige, stulte, qui vis elemosynam facere de rapina : quoniam si quando pascis christianum, pascis Christum ; quando spoliis christianum, spoliis Christum. *De Verb. Apostoli*, serm. 49.

49. Elemosynæ illis prosunt, qui vitam mutaverunt : das enim Christo egentī, ut peccata tua redimas præterita. *Prosec.*

50. Nam si ideo illis das, ut liceat tibi semper impune peccare non Christum pascis, sed iudicem incorruptibilem corrumpere conaris. Homil. 43, ex *LII Homil.*

51. Funde quod habes, ut capias quod non habes. *Ibid.*, homil. 37.

52. Nemo dat elemosynam quamlibet, nisi unde det, ab illo accipiat qui non eget. In *Enchir.*, cap. 77.

53. Qui manus ad elemosynas expandit, dextra a Christo percipiet. Homil. 26, ex *LII Homil.*

54. Sacrificium Christiani est, elemosyna in pauperem. *Ibid.*, homil. 29, cap. 1.

55. Collor elemosynarum felix visit, et securus moritur. *Ibid.*, homil. 39.

56. Magnum opus est elemosyna, ut faciat homo quod fecit Deus. *Ibid.*, homil. 48, cap. 2.

57. Tribuendæ sunt elemosynæ pro modo et quantitate. *Ibid.*, homil. 48, cap. 2.

58. Det si potest suas elemosynas omnis cum hilaritate. *Ibid.*, homil. 50, cap. 3.

59. Perparvum est quod in elemosynis datur, sed cum pie datur, æternum inde meritum comparatur : et ideo potius quia parvum est quod datur, magna impietate non datur. Lib. 4, *contra Advers. legis*, cap. 46.

60. Esurientis est panis, quem tu destines : nudus est pallium, quod tu in vestiario conservas ; discalceati est calceus, qui apud te computrescit : indigentis est argentum, quod defossum habes. *Prosec.*

61. Quare tot hominibus injurias facis, quot dare potes. Conc. 7, de *Avaritia*.

62. Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter. In suis *Proverb.*, verbo *Inopi*.

63. Deus non recipit elemosynam de manu raptoris, seu feneratoris, nec de hypocritæ quidem, qui cum facit elemosynam, facit cani ante se, ut glorificetur ab hominibus. *Serm.* 71, super *Cant.*

64. Pauper qui nihil habet, vellet dare pauperi, et nihil habet quod det ; voluntas pro facto reputatur. *Serm.* in *Hexam.*

65. Per penitentiam purgatur culpa, sed per pietatem misericordie in subventionem pauperum per elemosynas dimittitur poena. *Serm.* 4, *Dom.* 4, post *Pent.*

66. Elemosynas dare est commodare, non perdere : sicut seminare, est utiliter semina abjicere. *Serm.* 1 de *SS. Evangel.*

67. Mentem Deus misericordem requirit, non pecunie quantitatē. Lib. 2 *Pharetra*, cap. 40.

68. Da indigenti, et non da saltanti, ut non cum tuis pecuniis, et tuam et illius perdas animam. *Ibid.*

69. Elemosynarum largitio alligat contrita, fracta consolidat, et omnia sanat. *De Sex aīs Cherubin.*, ala 2, penna 1.

70. Dare superfluum, necessitatis est necessitate extrema : sed dare quibus egemus, consilii est. Lib. 5 *Compend. Theolog. veri.*, cap. 70.

71. Manus pauperis gazophylacium Christi est : quidquid accipit, ne in terra pereat, in celo reponit. Homil. 2.

72. Divites dum superflua misericorditer erogant, et a peccatis se redimunt, et ad præmia æterna perveniunt. *Prosec.*

73. Potes forsitan dicere, quod carnem tuam jejuniis ac vigiliis non possis affligere ; numquid potes dicere quod ea que tibi amplius quam opus erat, Deus dedit, non possis pro peccatis tuis pauperibus erogare ? *Ibid.*, homil. 9.

74. Quidquid amplius, quam nobis opus est, a Deo accipimus, pauperibus erogare debemus. *Prosec.*

75. Si quod eis deputatum est, nostris cupiditatibus vel vanitatibus reservamus, quanti pauperes in locis ubi nos sumus, fame vel nuditate mortui fuerint, noverimus nos rationem de animabus illorum in die iudicii reddituros. *Ibid.*

76. Per elemosynam thesaurizemus celo, ut

S. BASILID.
MAGNUS.

V. BEDA.

S. BERNARD.

S. BONAV.

S. CESAR.

S. FRANCIS.

ASSISIENSIS.

S. CESAR.

ARELAT.

ibi sequatur cor nostrum, quo premitimus thesaurum nostrum. *Ibid.*, homil. 16.

77. Nunquam tibi deficit, quidquid alteri de te proficit. *Ibid.*, homil. 28.

CASSIODOR. 78. Primus virtutis gradus est, aliena non querere ; sed egenibus propria non negare. Super *Psalm.* xxxiii, vers. 14.

79. Ipsa est perfecta elemosyna, quæ prius a se inchoat, et sic ad alterius juvenamina venire festinat. Super *Psalm.* xxxvi, vers. 27.

S. CYPRIAN. 80. Elemosyna præclara et divina res est, salutaris operatio, solatium grande, securitatis salubre præsidium, munimentum spei, tutela fidei, medela peccati. *De Opere et elemos.*, cap. 40.

S. CYRILLUS HIEROSOL. 81. Vis frui gratia Spiritus sancti, et cibis sensibilibus pauperes non reficis : magna queris, et parva non expendis. *Cateches.* 3.

82. Elemosyna est Deo odor, suavissimus, et hostia gratissima. Super *Epist. ad Philipp.*, cap. iv, art. 4.

S. FLIGIUS. 83. Quamlibet largas elemosynas aliquis tribuat, si capitalia crimina non declinat, pecuniam perdit, et peccatum non redimit. Homil. 8.

84. Non licet alienum auferre, et pauperibus erogare : peccati poena, non meriti gloria est, aliena donare. In suis *opus.*, oraculo 10.

85. Pauper magis potest esse largus, quam dives : quia dives si dat quidquid habet, deficit et confusus est. *Prosec.*

86. Si vero non dat, cum habeat, licet vellet dare non deberet, voluntas quidem bona est, sed non reputatur pro facto sibi, quia adhuc habet substantiam.

87. Sed pauper (qui nihil habet) qui vellet dare pauperi, et nihil habet quod det, in hoc voluntas pro facto reputatur. *Ibid.*, oraculo 29.

88. O homo, elemosynam pauperi elargire, per quem illam tribuis Creatori. *Ibid.*, serm. 3.

89. Non solum multum, qui multum habet, tribuit dives : sed et plurimum largitur, qui, quæ habet, pauper impendit. *Ibid.*

90. Heroditas pauperum est elemosyna. *Ibid.*

91. Quidquid post se homines in terra relinquunt, emarescit : solum quam in vita fecerunt elemosyna semper virescit. *Ibid.*

92. Pro turto mihi reputo a magno elemosynario reputandum, si hoc quod fero, non dedero magis egentī. *Ibid.*, apophthegm. 40.

S. FULGENT. 93. Dare elemosynam, omnibus est possibile, si adsit bona voluntas : omnibus facile, si non adsit dura cupiditas : omnibus salubre, si ferveat charitas : cunctis debet esse commune, ut omnibus donetur æterna felicitas. *Serm.* 4 de *Confessor.*

94. Qui tante virtutis nondum est, ut quæ habet, vendat : de his saltem quæ habet, in quan-

tum habet, elemosynam faciat : tantum operetur bona voluntas, quantum suppetit facultas. *Ibid.*

95. Is qui elemosynis remedium peccatorum penitens querit, debet jam non agere penitentiam ne quod uno latere extinguitur, alio succendatur. Tract. 43.

96. Rarus est, qui rorem spargat elemosynæ suo refrigerio profuturum. *Ibid.*

97. Elemosyna in peccato facta, non proprie dicitur elemosyna ; quia inordinate fit, dum a se non incipit ; et dum sibi crudelis existit, non placet Deo. In *Decretis Gratiani*.

98. Elemosyna post culpam est pretium, quod redimatur : sed non valet ei, qui in malo permanet. Super *Job*, cap. xv.

99. Qui dat ut careat tædio interpellant, non ut reficiat viscera indigentis, et meritum et rem perdit. Super II ad *Cor.*, cap. ix, in illud : *Miseram datorem diligit Deus*.

100. Licet exiguum sit, quod parum habentribuit, abundat tamen : quia recto iudicio fit, quod non queritur de quanto, sed quo animo datur. *Ibid.*, cap. ix, in illud : *Abundetis in omne opus bonum*.

101. Qui invitatus dat propter presentem pudorem, non habet mercedem. Super illud II *Cor.* ix : *Non ex tristitia*.

102. Qui invitatus dat propter presentem pudorem, et rem, et meritum perdit. In *Decret.*, part. 2, causa 23, can. *Jam*, § *Ex his*.

103. Rem quamlibet plerumque dat, etiam qui non compatitur : nunquam autem qui vere compatitur, quod necessarium proximo conspiciat, negat. Lib. 20 *Moral.*, cap. 26.

104. Patrimonium nostrum retentum perditur, manet erogatum. *Ibid.*, lib. 18, cap. 9, *Job xxvii* : *Dives cum dormierit*.

105. Elemosyna superbi cum redimere non valet, quam perpetrata simul rapina pauperis ante Dei oculos ascendere non permittit. *Ibid.*, lib. 42, cap. 23.

106. Sæpe superbi divites cum elemosynam tribuunt, non hanc pro æternæ vite desiderio ; sed pro extendenda vita temporali largiuntur, mortem se posse differre donationibus credunt. *Ibid.*

107. Ille perfecte tribuit, qui cum eo quod afflicto porrigit, afflicti quoque in se animum sumit. *Ibid.*, lib. 24, cap. 26.

108. Tolerabilius est minus tribuere, quam post largitatem suam ex inopie angustia murmurare. *Ibid.*, num. 703.

109. Quisquis super eum, cui aliquid tribuit, fastu se elationis extollit, majorem culpam intrin-

S. GAUDENT.

GLOSS. DEC.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

GRATIANS.

S. GREGOR.

MAGNUS.

secus superbiendo peragit, extrinsecus largiendus mercedem. *Ibid.*, lib. 21, cap. 14, num. 14.

110. Sunt nonnulli, qui pietatis suae viscera tendere usque ad incognitos noscunt; sed solis quos per assiduitatem notitiae didicerint, miserentur: apud quos plus familiaritas valet, quam natura. *Prosec.*

111. Apud aliquos plus familiaritas, quam natura valet, dum quibusdam necessaria; non quia homines, sed quia noti sunt, largiuntur.

112. Apud piam autem mentem plus natura valet, quam notitia: nam unusquisque qui indiget eo ipso quo homo est, ei jam incognitus non est. *Ibid.*, num. 14.

113. Mundari prius debet animus, qui elemosynam praebet: quia omne quod datur, dantis mente pensatur. *Ibid.*, lib. 22, cap. 8.

114. Qui escaam aut vestimentum pauperibus largitur, sed tamen animae vel corporis iniquitate polluitur, quod minus est iustitia obtulit, et quod maius est culpa committit: sua enim Deo dedit, et se diabolo. Part. 3 *Pastor.*, cap. 1, admonit. 21.

115. Tot pene quotidie divites perimunt, quod morientium pauperum apud se subsidia abscondunt: nam cum quaelibet necessaria indigentibus ministramus, sua illis reddimus, non nostra largimur. *Ibid.*, admonit. 22.

116. Aliud est elemosynam ex praecepto facere, aliud ex charitate: ex praecepto enim facere, bonum inchoantium est: ex charitate autem, bonum perfectorum, qui non solum quia iubetur faciunt, sed etiam diligunt faciendo quod iubetur. Homil. 10, super *Esac.*, super illud xxix: *Pater eram pauperum.*

117. Elemosynae tergunt maculas peccatorum. Homil. 37, super *Evang.*

118. Egentibus oportet in quantum ratio patitur, benigna mente praebere subsidium. Lib. 1, in *Registro*, indict. 9, cap. 69, epist. 69, ad *Petr. subdiacon.*

119. Respondet dives pauperibus, non habeo quod vobis dare possim: et miror si is qui vestes habet, argentum habet, cellaria habet, quod pauperibus debeat dare non habet. *Ibid.*, lib. 5, indict. 14, cap. 129, epist. 29, ad *Secundinum.*

120. Elemosyna non est reputanda, si pauperibus dispensatur quod ex illicitis rebus accipitur: quia qui hac intentione male accipit, ut quasi bene dispenset, gravatur potius, quam juvatur. *Ibid.*, lib. 5, indict. 2, cap. 110, epist. 110, ad *Syagrimum episc.*

121. Elemosyna Redemptoris nostri oculis illa placet, quae non de illicitis rebus et iniquitate con-

geritur; sed quae de rebus concessis et acquisitis impenditur. *Ibid.*

122. Quidquid tribuitur pauperi non est donum, sed mutuum: quia quod datur, multiplicato sine dubio fructu recipitur. *Ibid.*, lib. 8, indict. 3, cap. 50, epist. 28, ad *Joannem proconsul.*

123. Qui indigenti etiam peccatori panem sumit non quia peccator, sed quia homo est, tribuit: nimirum non peccatorem, sed pauperem iustum nutrit. Part. 3 *Pastoralis*, cap. 1, admonit. 21.

124. Ad tribuendum pigri cur estis, quando hoc quod jacenti in terra porrigitis, sedenti in caelo datis? Homil. 40, super *Evang.*

125. Ne fratrem despicie, ne pauperem praeteregrede, ne averseris tanquam pisculum, tanquam aliud quid fugiendum, et exhorrendum; tum est membrum, licet sub calamitate abscondatur. Orat. 17, de *Pauper.*

126. Quando vento navigas secundo, manum naufrago praebere: quando recte valet et dives est afflictio succurre. *Ibid.*

127. Daparum quid indigenti: non enim parum est ei, qui omnium est egenus, imo nec Deo, si pro viribus dederis. *Prosec.*

128. Da pro magno promptitudinem; si nihil habes, des vel lacrymulam: magnum remedium est afflictio, misericordia quae ex animo procedit. *Ibid.*

129. Pulchra est haec herba elemosynae, qua animae abstergimus sordes, et inquinamenta, dealbamurque. *Ibid.*

130. Sunt qui pauperibus paulum tribuunt, ut amplius accipiant: et sub praetextu elemosynae querunt divitias, quae magis venatio appellanda est, quam elemosynae genus. Epist. 2, ad *Nepotian.*

131. Melius est Christum vestire in pauperibus, quam Ecclesiam aedificare, et ebone argenteoque valvas, et gemmis aurata distinguere altaria, et parietes marmorum crustis vestire. *Ibid.*, epist. 8 ad *Demetriad.*

132. Quamvis omnem censum tuum in pauperes distribuas, nihil apud Christum erit preciosius, nisi quod manibus tuis ipsa confereris. *Ibid.*

133. Quotiescunque manum extendis, Christum cogita. Epist. 10, ad *Furiam.*

134. Elemosyna seminarium est messis dominicae. *Ibid.*

135. Sub praetextu elemosynae, pristinis opibus incubantes, quomodo possumus aliena fideliter distribuere, qui nostra timide reservamus? Epist. 13, ad *Paulin.*

136. Nemo plus dedit pauperibus, quam qui sibi nihil reservavit. Epist. 27, ad *Eustoch.*

137. Quidquid ad breve dederis, hoc recipies in perpetuum. Lib. 1, *Dialog. advers. Pelagium.*

138. Quidquid in sumptis de tuo tuleris, pro lucro computa. Epist. 1, ad *Paulin.*

139. Quid tibi prodest, si sis largus in elemosyna, et invidiosus sis? Super *Psal.* xcvi, vers. 7: *Palliate Domino in cithara.*

140. Elemosynas non facere, crimen habentis est: ceterum qui non habet unde faciat elemosynam, liber est. Super *Psal.* cxi, vers. 5: *Jucundus homo qui miseretur.*

141. Magis tu agito gratias Christo, quando elemosynam dederis; quam pauper, qui a te acceperit, tibi agat gratias: grande enim beneficium praestant pauperes. Super *Psal.* cxxxiii, vers. 3: *Et benedicite Domino.*

142. Multum quidem in terrena facultate sunt pauperes, sed in magna simplicitate sunt divites, plus cupientes dare, quam habent: ne propterea Deus animus magis probat, quam quod dextera porrigit. Qui enim quantum potest facit, totum facit; similiter dives et pauper, quamvis dives amplius dare videatur. Super II ad *Cor.*, cap. 8.

143. Avarus hilariter dare non novit. *Ibid.*, cap. ix, in illud: *Miseream datorem.*

144. Sine discretionem omnibus simpliciter indigentibus tribuite, non quaerentes cui, sed quare detis. *Ibid.*, cap. ix, super illud: *Ut in omnibus locupletati.*

145. Illa sola elemosyna remunerabitur a Deo quae Christo datur: id est, propter Christum. Super *Ecclesiastic.*, cap. xii.

146. Nihil dat, qui pro terreno commodo pauperibus erogat, vel qui pro favore humano sua dat, ille gratis dat, id est, pro nihilo. *Ibid.*, cap. 33.

147. Quidam quanta largiuntur respiciunt: sed quanta rapiunt, non attendunt; et ideo quae largiuntur, in sacco pertuso reponunt. *Ibid.*, cap. 34.

148. Elemosyna sine compassione est cibus sine sapore. Super *Isai.*, cap. lviii.

149. Octo elemosynam ornant: compassio cordis, dulcedo sermonis, facultatis quantitas, hilaritas dantis, humilitas dantis, discretio, velocitas, intentio recta. Super *Math.*, cap. vi.

150. Elemosynas facis ex fervore charitatis, succenditur munitio diaboli. Super II ad *Cor.*, cap. ix.

151. Elemosyna tripliciter erogatur: ex corde, per compassionem; ex ore, per correctionem; ex opere, per largitionem. Serm. 1, in *die Cenerum.*

152. Elemosyna danda est ordinate: primo nobis, secundo proximis. Crudelis enim et fatuus est, qui alii compatiatur, et sibi non miseretur: qui alii subvenit, et se desipit. *Ibid.*

153. Effectus elemosynae: elemosyna mundat; elemosyna liberal, elemosyna redimit; elemosyna protegit; elemosyna postulat; elemosyna impetrat; elemosyna perficit; elemosyna benedicit; elemosyna justificat; elemosyna resuscitat; elemosyna salvat. *De Elemosynis*, cap. 1.

154. Nisi ramus elemosynae de charitatis radice procedat, non habet pinguedinem vel humorem, ut suavem vel maturum fructum producat: nam vera elemosyna, fructus est charitatis. *Ibid.*, cap. 3.

155. Elemosyna ab omni peccato, et a morte liberat, et non patitur animam ire in tenebras. *Prosec.*

156. Non se paupertas excuset, quia sufficit ut voluntas sit dives, ubi facultas est pauper. *Ibid.*, cap. 4.

157. Solertiter attende, quod nisi dederis elemosynam cordis, Deus non accipiat elemosynam operis. *Ibid.*

158. Circa elemosynam quatuor diligenter attendas: videlicet causam, finem, modum, ordinem: causam, ut fiat ex charitate; finem, ut fiat propter beatitudinem; modum, ut fiat ex hilaritate; ordinem, ut fiat secundum regulam. *Ibid.*

159. Elemosyna maxime valet ad abolenda peccata, et extinguendum gehennae ignem, modo liberaliter et non ad ostensionem hominum illa fiat. Homil. 8, super *Gen.*

160. Si cupis vestimenta parare et ornare animam, elemosyna et largitas praecipua sunt animae vestimenta, atque nitidissima indumenta. Homil. 21, super *Gen.*

161. Nihil prosum ita nos eximere potest a gehenna ignis, sicut largitas elemosynarum. *Ibid.*, homil. 31.

162. Magna in dandis elemosynis largitate utendum est, quo datis parvis, adipiscuntur magna. *Ibid.*, ho. iii. 34.

163. Magnitudo elemosynae non in multitudine pecuniarum, vel opum sita est, sed ex alacritate dantium iudicatur. *Ibid.*, homil. 55.

164. Da ei, qui idcirco pauper effectus est, ut te divitem faceret: fenerare, unde possis non mortem fructificare, sed vitam. Homil. 5, super *Math.* Oper. perf.

165. Deducens divitum, est clamor pauperum: processit elemosyna, et extinxit dedecus. Homil. super *Psal.* xcvi.

S. GREGOR.
NAZ.

JUGOCARD.

S. HIERON.

S. INNOC. III.

S. JOANNES
CHRYSOST.

166. Da elemosynam, et tunc pecunia tuta servabitur : et quod amplius, non modo non consumetur ipsa, verum etiam majora incrementa suscipiet. Homil. 21, super *Math. oper. imperf.*

167. Elemosyna ars est, non certe contemnenda, qua discunt opulenti conferendum indigentibus esse : præcipua enim est, et aliis artibus multo præstantior. *Prosec.*

168. Hujus artis officina in cælo est, hujus non a ferro, neque ab ere instrumenta sunt, sed voluntate sola ac benignitate mentis constructa; hujus magister Christus est, finis ejus cælum est. *Ibid.*, homil. 50.

169. Non est impossibile salvari, præsertim si elemosynæ remedia mutemur, quibus vulnera nostra diligenter curemus. *Ibid.*, homil. 65.

170. Lubricum elemosynæ oleum corpus hominis ita constituit, ut manus diaboli facile propter lubricitatem effugiat. *Ibid.*

171. Anima non simpliciter est meretrix, sed furiosa meretrix efficitur, cum facit elemosynam cumulate ad ostentationem : sic a thalamo paterno eam educit, cumque pater jubeat ne sinistrae quidem eam appareat, ipsa servis, notis atque ignotis ipsam ostentat. *Ibid.*, homil. 72.

172. Elemosyna mysterium est : claudendæ igitur sunt janua, ne quis aspiat, quæ videre nefas est. *Ibid.*

173. Tu cum elemosyna uteris, janua claudere ipse qui recipit solus conscius sit : imo si possibile est, nec ipse quidem percipiat, unde erogatum sibi beneficium sit. *Ibid.*

174. Perire necesse est eum, qui elemosyna caret. *Ibid.*, homil. 78.

175. Melius est ut nemini noceas, etsi nemini prodes, quam ut alios vestias, alios spolies : sine causa enim elemosynas facis de rebus, quibus alios expoliasti. Homil. 11, super *Math. Oper. imperf.*

176. In elemosyna faciendi non tantum locus, nec actus secretus servandus est sed magis voluntas secreta. *Ibid.*, homil. 13.

177. Elemosyna ingrata non est ante Deum, quæ hominibus visa fuerit ; sed quæ ideo facta, ut ab hominibus videatur. *Ibid.*

178. Elemosyna quod per te pauperi præstat, temporale est et terrenum, quod autem tibi per illam, perpetuum et cælestis. *Ibid.*, homil. 46.

179. Quam odiosum, quam perversum est, quam fœdum, quam inordinatum opus, elemosynam facere cum delectatione laudis humanæ. Homil. 10, ex diversis, in *Math.*

180. Vis frui gloria? facias elemosynam, tunc te angeli laudabunt, et Deus accipiet. Homil. 68.

181. Certus thesaurus est, pauperum manus. *Ibid.*

182. Elemosynis et fide purgantur peccata : elemosynis, inquam, non ex injuste questis : hæc enim non elemosyna, sed crudelitas est et inhumanitas. *Ibid.*, homil. 72.

183. Elemosyna est, quæ omni caret iniquitate, omnia munda facit, jejuniun superat, illuminat animam, saginat, pulchram decoramque facit. *Ibid.*, homil. 80.

184. Si elemosynam demus, etsi ille cui datur indignus sit, nobis Deus placior erit. Homil. 12, super *Acta Apostolorum in Morali.*

185. Elemosyna non solum fit pecuniis, sed etiam in operibus. *Ibid.*, homil. 25, in *Moral.*

186. Non pauperem respicias accipientem, sed Deum redditurum : non eum qui stipem accipit, sed eum qui se tibi debiorem obligat. Serm. 1, de *Verb. Apost. Habentes eundem Spiritum.*

187. Majora accipis, quam das : das sensibilia, accipis intelligibilia et spiritualia : das pecuniam, accipis remissionem peccatorum : liberas pauperem a fame, ille te liberat ab ira divina. *Ibid.*

188. Medici animarum sunt pauperes, benefactores et protectores : neque enim tantum das, quantum accipis : das pecuniam, et accipis regnum cælorum : sublevas egestatem, et reconcilias tibi Dominum. *Ibid.*, serm. 2.

189. Non tam apta est aqua ad ablundas corporis maculas, quam elemosyna ad aboleandas sordes animæ. *Ibid.*

190. Quando ex necessitate quis et coacte, quando ex injustitia, quando ex vanæ gloriæ studio, elemosynam tribuit, perit omnis fructus. Serm. 30, super *Epist. ad Rom.*

191. Qui elemosynam dat invitus, avaro dat : avaritia enim involuntariorum est. Homil. 19, super *II Cor.*

192. Quemadmodum triticum quod seminat, prægnantes aristas ostendit, ita elemosyna, multos manipulos justitiæ efficit, et ineffabiles fructus profert. *Ibid.*, homil. 20.

193. Quemadmodum oleum lucem suam conservat, ita elemosyna magnam et admirabilem in futuro lucem largitur. Serm. 4, super *Epist. ad Phil. in Morali.*

194. Pauperes medici sunt vulnerum tuorum, manus eorum tibi medicamenta præstant. *Prosec.*

195. Non ita medicus ut medicamenta imponat, extendens manum, curationem exhibet ; sic ut pauper abs te, ut accipiat, porrigens manum : dedisti pecuniam, et peccata simul exististi.

196. Majora recipis, quam largiris, beneficiumque potius accipere quam ferre probares. Deoque non hominibus feneratoris divitiæque non minus, sed auges : minus autem illas, nisi erogas, nisi indigentibus des. Homil. 14, super *I Tim.*

197. Fæc tibi debiorem Deum, et ita demum illum erige ; fœnerare primo, tunc repele, ut cum usura recipias. Homil. 1, super *II Tim. in Morali.*

198. Virginitate præstantior est elemosyna. Homil. 6, super *Epist. ad Tit. in Morali.*

199. Elemosyna charitatis est mater. *Ibid.*

200. Elemosyna scelerum est medicina, hæc animæ sordes emundat, hæc est scala, quæ in cælum usque porrigitur. *Ibid.*

201. Elemosyna artifex magna consistit, et auxiliatrix eorum, qui ipsam faciunt, amica Dei est, et semper ei propinqua. Homil. 32, super *Epist. ad Hebr. in Morali.*

202. Est ars omnium artium quæstuosissima elemosyna : si enim artis est proprium ad aliquam utilitatem pervenire, elemosyna vere nihil est utilius. Homil. 33, ad *Populum Antioch.*

203. Elemosynæ magnitudo, non in pecuniarum multitudine judicatur, sed in dantium promptitudine. *Ibid.*, homil. 34.

204. Magnum et pulchrum et pretiosum donum elemosyna. *Ibid.*, homil. 36.

205. Multo gratior elemosyna est, quam aurea vasa : quænam utilitas est, cum mensa sit aureis calicibus plena, ipse vero pauper fame desperat? *Prosec.*

206. Aureum facis calicem, nec frigide aquæ calicem porrigis. *Ibid.*, homil. 60.

207. Extende manus tuas non in cælum, sed ad pauperum manus : si ad pauperum manus extenderis manum, ipsum cæli verticem tetigeris. Qui enim illic sedet, elemosynam suscipit : si vero porrexeris vacuas, nihil profeceris. *Ibid.*, homil. 67.

208. Elemosyna vincula dirumpit, tenebras solvit, extinguit ignem, stridorem effugit dentium ; huic colorum aperiuntur portæ. Homil. 7, de *Pænit.*

209. Nihil christiani tam præfert characterem, quantum elemosyna : hæc et infideles quique mirantur. *Ibid.*

210. Magna res est elemosyna, præcidit aërem, transit lunam, solis radios cædit, ad ipsum venit cælorum culmen, ipsos pertransiens cælos, et Angelos decurrens, archangelorumque choros, et omnes superiores potestates, ipsi adsistit regali throno. *Ibid.*

211. Qui peccat et elemosynam facit, perdit quod facit. Super *Math. Oper. imperf.*

212. Elemosyna non est, opes dare ; sed cum misericordia illas dare, elemosyna est. Homil. 13, super *II Cor. in Morali.*

213. Ista major est gratia, scilicet elemosynam facere, quam mortuos excitare : nam hic ipse debitor efficeris Deo, in elemosyna vero Deum

debitorem constituis. *Ibid.*, homil. 16, in *Morali.*

214. Elemosyna est quando cum alacritate fit, quando cum liberalitate, quando cum non putas dare, sed accipere. *Ibid.*

215. Floretis vos opibus, florent pauperes vita et fiducia in Deum. Detis igitur illis de opibus, quibus abundatis, ut accipiant a fiducia ; secundum quam illi divites sunt, vos autem penuriam patimini. *Ibid.*, homil. 17.

216. Non quantitate datorum, sed facultate et voluntate dantium, elemosynæ magnitudo ponderatur. Homil. 1, super *Epist. ad Hebr. in Morali.*

217. Elemosyna medicamentum est validum, quod maxime ad ponitamentum operatur. *Ibid.*, homil. 9, in *Morali.*

218. Elemosyna illa vera est, qualis fuit illius viduæ, quæ totam vitam suam evacavit. *Prosec.*

219. Si autem non poteris tantum dare, quantum illa vidua dedit, saltem quod tibi superabundat, non dubites impertire. *Ibid.*, homil. 23, in *Moral.*

220. Clamant ad janua pauperes, et nullus dignatur subvenire. *De Ruina monast. ordin.*, cap. 6.

221. Qui elemosynam vanæ gloriæ causa impartit, ex virtute vitium facit. Lib. 2, de *Summo bono*, cap. 34, sent. 6.

222. Terrena omnia servando amittimus, largiendo servamus : patrimonium enim retentum perit, manet autem erogatum. *Ibid.*, lib. 3, cap. 60, sent. 3.

223. Nulla scelera elemosynis possunt redimi, si in peccatis quisque permanserit. *Prosec.*

224. Tunc autem fructu elemosynarum indulgentia consequitur, quando a scelerum opere desinitur. *Ibid.*, sent. 6.

225. Non est elemosyna, quæ gloriæ magis causa, quam misericordiæ impertitur intuitu : quali enim intentione ab unoquoque largitur, taliter et apud Deum recipitur. *Ibid.*, sent. 7.

226. Non est elemosyna cum murmuratione præbenda, ne comitante tristitia, merces pereat depensata : tunc autem bene tribuitur, quando cum mentis hilaritate præbetur. *Ibid.*, sent. 15.

227. De rapinis elemosynam facere, non est officium miserationis, sed emolumentum magnum sceleris. *Prosec.*

228. Qui enim injuste tollit, juste nunquam distribuit : nec bene alteri præbet, quod ab alio male extorquet. *Ibid.*, sent. 16.

229. Hic divitiarum maximus et verissimus fructus est, non uti opibus ad propriam unitus vo-

JOAN.
TRITU.S. ISIDORUS
HISPALENSIS.

LACT. FIR. 4.

luptatem, sed multorum salutem; non ad presentem solum fructum, sed ad justitiam, quæ sola non interit. *Prose.*

230. Tenendum est igitur omnino, ut ab officio misericordie spes recipiendi abstinet omnino: hujus enim operis et officii merces a Deo expectanda est solo. Nam si ab homine expectas, jam non humanitas erit illa, sed beneficii fœderatio.

231. Nec potest videri bene meruisse, qui quod fecit, non alteri, sed sibi præstat, et tamen eo redit, ut quod alteri quisque præstiterit, nihil ab eo commodi sperans, vere sibi præstet, quia mercedem capiet a Deo. Lib. 6, de *Divin. Inst.*, cap. 42.

232. Que in supervacua impensurus es, ad meliora convertas: unde bestias emis, hinc captivos redime: unde feras pascis, hinc pauperes ale: transfer ad magnum sacrificium male peritura; ut pro his vere munus habebas a Deo munus æternum. *Ibid.*

233. Quoties rogaris pro elemosyna, tantari te a Deo crede, an sis dignus exandiri. *Ibid.*, cap. 13.

S. LEON.

234. Cibis egeni, regni cœlestis est pretium: largitor temporalium, hæres efficitur æternorum: *Serm. 4, de Collectis.*

235. De sui corporis qualitate securus non est, qui nulla elemosynarum purificatione mundatur. *Ibid.*, serm. 5.

236. Elemosynæ peccata delent, mortem perimunt, et penam perpetui ignis extinguunt. *Ibid.*

237. Semper illi quod largiatur occurrit, cui bene velle non deficit. *Serm. 1, de Jejun. decimi mensis.*

238. Nunquam merito caret etiam in tenui facultate, bone voluntatis opulentia. *Prose.*

239. Majora quidem impendia sunt divitum, et minora medicorum; sed non discrepat fructus operum, ubi idem est affectus operantium. *Serm. 2, Quadrag.*

240. Quidquid in cibis pauperum impenditur, non minuitur, sed augetur. *Serm. 1, de Jejun. Pentecostes.*

241. Modicum est, quod pauperi satis est; nec victus illius, nec vestitus onerosus est. *Prose.*

242. Vile enim est quod esurit, vile est quod sinit; et nuditas, que indiget operiri non possit ornari. *Serm. 3, de Jejun. decimi mensis.*

243. Da quod accipias, sere quod metas, sparge quod colligas, quamvis non habeas, nisi quod acciperis, non potes tamen non habere quod dederis. *Ibid.*, serm. 6.

244. Substantia tua cum bene erogatur, augetur: infidelis et iniquus etiam sibi, qui quod as-

timist diligendum, non vult habere perpetuum. *Ibid.*

245. Parum est non auferre aliens, nisi largiaris et propria. *Serm. 1, de Jejun. septimi mensis.*

246. Elemosyna secundum est animarum lavacrum: ut si quis forte post baptismum fragilitate deliquerit, supersit et, ut iterum elemosynis emundetur. *Homil. 2, de Elemosyn.*

247. Si seminaveris pauperibus, que tua sunt serilo: aliena enim zizaniis amariora. *Parænes. 178.*

248. Ne velis artibus ditescere, ut pauperum sis sublevator: de justis partem enim jubet Deus misereri justum. *Ibid.*, parænes. 184.

249. Planum et facilem viam elemosyna munit. Habet apud *D. Joann. Dam.*, lib. 2 *Parall.* 16.

250. Regnum Dei tanti est, quantum ex affectu compassionis pauperibus ejus exhibes. *Prose.*

251. Pauper, Christi vicarius est: et sicut se in eo contemni cubescit, ita se in eo recipi detestatur. *Epist. 91, ad Radulph. Leobovien.* *episc.*

252. Manus pauperis Abraham sinus est: ubi quidquid pauper acceperit, mox reponit. *Prose.*

253. Thesaurus cœli, est manus pauperis: quod suscipit in terra præreat, reponit in cœlum. *Serm. 8.*

254. Manus pauperis est gazophylacium Christi: quia quid pauper accipit, Christus accipit. *Prose.*

255. Da ergo, homo, pauperi terram, ut accipias oculum: da tuumque, ut accipias regnum.

256. Da tuncam, ut accipias totum: da pauperi, ut des tibi. Quia quidquid pauperi dederis, tu habebis: quod pauperi non dederis, non habebit alter. *Ibid.*

257. Judicet Deus, non ubi elemosynam facias, quando facias, sed qualiter facias: quia Deus de cordibus, non de manibus facta metitur; et de sensu, non de luce operum colligit qualitatem. *Ibid.*

258. *Esurivi, et dedistis mihi manducare.* Vult in paupere sibi dari: et qui vult sibi dari, vult quod datum est se debere: et qui vult se debere quod datum est, vult largientibus nil perire. *Prose.*

259. Homo, daturus Deo, da secreto, ut quod dederis non sit oneris, sed honoris. *Ibid.*

260. Bene iuba, quia talis elemosyna hostilis est, non civilis, non misericordie dedita, sed clamori, seditionis vernula, non alumna pietatis: ostentationis nundatio, non commercium charitatis. *Ibid.*, serm. 9.

S. MATHEUS
EP. TAGLIEL.

S. NILES.

PETR. BLES.

S. PETRUS
CHRYSO.

261. Elemosynam quisquis ostentat, insultat. *Ibid.*

262. *Esurivi, et dedistis mihi manducare.* Non dixit, *Esurivi, et dedistis illi manducare*: sed, *Esurivi, et dedistis manducare mihi*. Sibi datum clamat, quod pauper acceperit: se manducare dicit, quod comederit pauper; quod bibit pauper, sibi testatur infusum. *Ibid.*, serm. 14.

263. Nihil est quod sapit Deo pauperis cibis, qui totius creature bona non esurit, saginatum se in esca pauperis prophetizat in regno cœli coram omnibus angelis, in conventu resurgentium. *Prose.*

264. Quod Abel passus sit, quod servavit mundum Noë, quod Abraham fidem suscepit, quod Moyses legem tulit, quod Petrus crucem resupinatus ascendit, Deus tacet, et hoc clamat solum quod comedit pauper. *Ibid.*

265. *Vendite quæ possidetis, et date elemosynam.* Homo tali monitu Christus te ditare voluit, non midare: manere tibi tua voluit, non perire: perpetuari, non vacuari sæculos imperavit: jussit te transfundere, non perdere. *Ibid.*, serm. 22.

266. Quisquid pauper acceperit, Pater cœlestis suscipit, et ubi recondit in cœlo. *Ibid.*, serm. 25.

267. Sanari nescit qui nescit pauperi fœnerari. *Ibid.*, serm. 30.

268. Manducat Deus in cœlo panem, quem percipit pauper in terra. *Ibid.*, serm. 42.

269. Homo, si non habes nummum, da pauperi manum. *Ibid.*, serm. 22.

270. Thesaurus cor hominis aut per elemosynam levat ad cœlum, aut per avaritiam demergit in terram. *Prose.*

271. Homo, mitte et præmitte thesaurum tuum in cœlos, ne cœlestem animam demergas in terram: Autrum de profundo terre anima ab excelsis cœli.

272. Melius proinde est ad sedem animæ deferri aurum, quam in sepulcro auri anima demergatur. *Ibid.*, serm. 22.

273. Dignum est ut pauperes Christi refrigerium sentiant de stipe potissimum illius Ecclesie quam frequentant. Lib. 4, epist. 1, ad *Alberti. episc.*

274. Marsupium ubi divitiæ tutissime reponuntur, sinus est pauperum. Lib. 8, epist. 11, ad *Sorores.*

275. Suscipit Deus per manus pauperis elemosynam, eamque sibi reconditam in illa cœlestis promptuarii securitate conservat. *Opusc. 9, cap. 1.*

276. Qui stipem pauperibus erogant, aliena reddunt, non sua distribuunt. *Ibid.*

277. Qui nunc pauperibus subvenire contemnit, in tremenda discussionis examine non tam accusatur avaritiam quam rapinam: nec storum tenaces, sed alienorum potius conciverunt fuisse raptores. *Ibid.*

278. Tremis manus avari, cum tribuit: et sicut eger exhorrens amaroquentis antidoti, differt poculum; sic iste daturus aliquid, differt in posterum. *Ibid.*

279. Nunquam Deo charus erit, qui vel effectum, vel affectum elemosynæ non habuerit. *Ibid.*, cap. 4.

280. Quod in terra Deo datur, in cœlo recipitur: et inde sperandum est præmium, quo præcessit munus oblatum. *Ibid.*, cap. 6.

281. O virtus elemosynæ, que velut fluentum fontis irrigui, quod Petrus crucem resupinatus ascendit, Deus tacet, et hoc clamat solum quod comedit pauper. *Ibid.*

282. O felix elemosyna, que de gehennæ balthro tenebrarum filios extrahis, et adoptatos luci perpetuæ regnis cœlestibus introducis.

283. Tu de manibus pauperum volas in cœlum, et illic tuis amatoriis paras hospitium.

284. Si vinum es, non coacescis; si panis, non emittis mucorem: si caro vel piscis, non vortaris in putredinem: si vestis, nullam contrahis vetustatem.

285. Tu negotiatrix omni mangone prudentior, quæ terrenis mercibus cœlestia comparas, et transitoria æterna permutas.

286. Felices nundinæ tuæ, in quibus datur hospitium, suscipitur habitaculum; præbatur panis exiguus, recipitur regnum; porrigitur nummus, comparatur aula cœlorum. *Ibid.*, cap. 8.

287. Multorum testimonio definitum est, quod utilior est, et fructuosior elemosyna patiperrim, quam qualibet oblatio tradita manibus carnaliter viventium sacerdotum. *Prose.*

288. Elemosyna animas hominum in tenebras ire non patitur, terrenisque munusculis sideratæ regna mercatur. *Opusc. 33, cap. 7.*

289. Elemosynæ largitio minus accepta est, si tarde vel avare aliquis tribuat: inane est vero, si cum superbia, vel cum convicio fiat. *Part. 2, super Cant.*, cap. ix.

290. Elemosyna quidem semper fructuosa est, si propter Deum fiat: sed tamen non parum interest in bonum ne, an in malum hominum conferatur. *Conc. 1, de Mortis*, part. 2.

291. Cum multi maximas epes hæreditibus, interdum etiam extraneis derelinquant: hoc solum se putant perdere, quod pro sua dederint salutem. *Epist. ad Salomonium episc.*

292. Quam pius, quam indulgens Dominus

RICHARD. A
S. VICTORE.ROBERTUS
BELLARM.

SALVIANUS.

Dens noster, invitans nos ad erogandum terrene substantiæ facultatem: cum totum sumus sit, quod ab eo accipimus, nostrum esse dicit, ut demus. *Ibid.*, lib. 4, ad *Eccles. catholic.* super illud *Prov. III: Honora Dominum de tua substantia.*

293. Parum datur, si parum dedisse sufficit: sed ego sufficere parum nescio, imo parum non sufficere certe scio. *Ibid.*, lib. 2.

294. Si opes non damus ob peccatorum redemptionem, demus saltem ad emendam beatitudinem: si non damus ne damnemur, demus saltem ut muneremur. *Prosee.*

295. Quia etiamsi præterita mala non sint, que oporteat sanctos redimere; sunt tamen perennia bona, que magno debeant comparari. Eliamsi pena non sit, que timeatur: est tamen regnum, quod ambiatur: ac per hoc etiamsi non habeant Sancti, que redimant; habent tamen que emant. *Ibid.*

296. Humanum est, quod ab omnibus vobis, o divites, petitur, ac deliciosum: si impetrari ab unoquoque vestrum non potest, ut esse in hoc saculo pauper velit, præstat sibi saltem, ne in eternitate mendicet. *Prosee.*

297. Qui præsentem inopiam tantum fugitis, cur in perpetuum non reformidatis?

298. Si tenuitatem temporariam gravem ducitis, qualis, quæso, erit illa que nunquam desinet?

299. Si usu vestrarum rerum penitus carere non vultis, id agite ne aliquando careatis.

300. Deliciosam a vobis rem, et voluptuariam poscimus: qui sine divitiis omnibus esse non acquiescitis, id agite ut divites semper esse possitis. *Ibid.*

301. Numularii Salvatoris, pauperes et egeni sunt: quia pecunia, que talibus dispensatur, augetur. *Prosee.*

302. Cum usuris absque dubio a Deo redditur, quidquid egentibus erogatur. *Ibid.*, lib. 3.

303. Si vis tibi esse consultum, si vis æternam habere vitam, relinque substantiam tuam indigentibus, relinque claudis, relinque cæcis, relinque languentibus. *Prosee.*

304. Sint facultates tue alimenta miserorum, sit opulentia tua pauperum vita, ut illorum refrigeria præmia tua sint, ut illorum refectio te reficiat.

305. Si illi de tuo edent, tu satraberis; si illi de tuo biberint, tu sitis tue æstium ardoremque restringes: te illorum vestitus vestiet, te illorum apricitas delectabit. *Ibid.*, lib. 4.

306. Das res tuas divitibus, et egenis negas: das luxuriosis, et negas sanctis: das cuiquam fortasse perditio, et negas Christo. *Ibid.*

307. Vile est quod datur, ubi tam grande est quod accipitur. *Ibid.*

308. Nihil magnum in terris ab homine Deo solvitur, ubi quod est in celo maximum comparatur. *Ibid.*

309. Durum est avaris, ut largiantur sua. *Ibid.*

310. Eleemosyna prima est filia deficientis charitatis. Super *Luc.*, cap. xi, in illud: *Date eleemosynam.*

311. Summa christiænæ religionis in pietate consistit, que maxime per eleemosynarum largitionem commendatur. 2, 2, quæst. 32, art. 8.

312. Qui fratri indigenti subvenit, Jesum per manum retinet. In *Hortulo rosarum*, cap. 47.

313. In faciendis eleemosinis non cujusquam excipienda persona, nec habendum electionis iudicium: quia res, que necessitati servit, erogationis ordinem non requirit. *Prosee.*

314. Quid tibi est opus querere, utrum christianus an judæus, utrum hereticus an gentilis, utrum romanus an barbarus, utrum liber an servus sit ille qui postulat?

315. Ubi incumbit necessitas, non opus est ut personam discutias, ne cum indignis misericordia segregas, Dei Filium pariter amittas. *Homil. 7, de Misericordia.*

316. Salius plane est eleemosynam statim negare, quam esurientem spe promissa decipere. *Homil. 9.*

317. Tanta est apud Dominum cura miserorum, ut sibi præstitum palet quidquid egentibus erogatio miseranda contulerit. *Ibid.*

318. Nihil est tutius, quam in ore pauperum partem recondere facultatum: tibi fraudas, quidquid reservas. *Ibid.*, homil. 43.

319. Bonus modus dandi eleemosynam est, quando eleemosyna, que est opus pietatis, datur cum pietate, benignitate, et ex pura charitate. *Serm. 1, Fer. 6, post diem Cinerum.*

320. Divitiæ ad sempiternam regionem per pauperum manus præmittuntur. *Lib. 4, in Vita SS. Barinæ et Josaphat.*, cap. 15.

321. Fonerando pauperibus omnes copias avaritiæ subactas, vestrum sine invidia transferis in censum: quid enim esse potest diutius homines cujus proficitur Deus so esse debitorem? *Serm. 2, de Avaritia.*

SENTENTIE PAGANORUM.

322. Nonnunquam est largiendum, nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum. *Prosee.*

323. Nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possi: nec ita reseranda, ut omnibus pateat, modus adhibeatur. *Lib. 2, de Offic.*

TEROPEL.

S. THOMAS

AQUINAS.

THOMAS

A KEMPIS.

S. VALER.

SIXT. PHIL.

S. VINCENT.

FERRAR.

IN VII.

PATA.

S. ZENO EP.

IT MART.

VALEBIUS

MAXIMUS.

CICERO.

MINUS PUB. 324. Inopi beneficium bis dat qui datecilerit. In suis *Sent.*, sent. 183.

PLINIVS II. 325. Nullum magno principe impendii genus dignius, quam quod erogatur in pauperes. In *Panegyrico Traiano Augusto.*

SENECA. 326. Primum est antecedere desiderium ejusque, proximum sequi, illud melius, occupare antequam rogemur. *Lib. 2, de Benefic.*, cap. 1.

327. Non tulit gratis, qui cum rogasset accepit. *Ibid.*

328. Ipse qui juvatur fallendus est, ut habeat: nec a quo acceperit, sciat: ille nesciat a quo acceperit, sciet accepisse se, et ego sciam me dedisse. *Ibid.*

329. Quod præstamus, offendit, nisi absconditur. *Ibid.*

330. Dabo egeni, sed ut ipse non egeam: encurrant perituro, sed ut ipse non peream. *Ibid.*, cap. 45.

331. Respicienda sunt cuique facultates sue, viresque, ne aut plus præstemus, quam possumus, aut minus. *Ibid.*

332. Eleemosyna non tam accipientibus, quam dantibus prodest. *De Moribus.*

333. Si benignus sis erga indigentes, magnus eris apud Deum. *Sent.*, lib. 45.

334. Omni homini impartito. *Ibid.*, sent. 258.

335. Optime facultatibus utitur is, qui indigentibus libenter tribuit. *Ibid.*, sent. 529.

336. Si quid dederis, ut hominibus innotescas; non homini, sed propriæ libidini præstitisti. *Ibid.*, sent. 332.

337. Pro reficiendo paupere, etiam jejunare bonum est. *Ibid.*, sent. 259.

338. Si non das egeni, cum poscit, non accipies a Deo cum poposceris. *Ibid.*, sent. 365.

339. Qui ex animo dat cibum indigenti, parum quidem est quod dat: sed magna fiet ei bonæ voluntatis retributio. *Ibid.*, sentent. 366.

340. Deus quidem nequaquam eget: lætatur tamen super his, qui indigentibus tribuunt. *Ibid.*, sent. 369.

341. Multum occupasse, habere invidiam potest: totum tribuisse, gloria carere non potest. *Lib. 4, Dictor. memorabil.*, cap. 8.

Vide etiam tit. *Avaritia*, sent. 55; *Devotio*, sent. 49; *Divitiæ*, sent. 32, 38, 65, 99, 209; *Donum*, sent. 14, 33, 35, 37, 52, 53, 57, 63, 64, 65, 71; *Gratiarum actio*, sent. 57; *Honor*, sent. 72; *Necessitas*, sent. 17; *Panis*, sent. 26; *Paupertas* in genere, sent. 9, 10, 11, 12; *Pecunia*, sent. 3, 4; *Proximus*, sent. 13; *Redemptio captivorum*, sent. 3; *Substantia*, sent. 19, 24, 25; *Superfluitas*, sent. 5, 22, 23; *Venia*, sent. 48.

Definitio. Eloquentia est quedam doctrina salutari movendo, affectui discentium accommodata, a visibilibus ad invisibilia, a corporalibus ad spiritalia, a temporalibus ad æterna. *Epist. 119, ad Janarium*, cap. 7.

Eloquentia facultas est dicendi, congruenter explicans que sentimus, que tunc utendum est, cum recta sentimus. *Lib. 4, contra Cresconium*, cap. 4.

Nihil est aliud eloquentia, nisi copiose loquens sapientia. 79, *Oratoriarum Partitioum.*

SENTENTIE PATRUM.

1. In factis mirabilibus congruenter aliquid significantibus quodammodo luculentior est divina eloquentia. *Epist. 49, ad Deo grat.*, quæst. 64.

2. O eloquentia! tanto terribilior, quanto purior; et quanto solidior, tanto vehementior: o vere securis concidens petras. *Lib. 4, de Doctr. christ.*, cap. 14.

3. Est quedam eloquentia, que magis ætatem juvenem decet, est que senilem: sed nec dicenda est eloquentia, si personæ non congruat eloquentia. *Ibid.*, cap. 6.

4. Est et quedam eloquentia, que viros summa auctoritate dignissimos planeque divinos decet. *Ibid.*

5. Qui eloquenter dicunt, suaviter: qui sapienter, salubriter audiuntur. *Ibid.*, cap. 5.

6. Quod minus habet peritiam, suppleat diligentia: et quod cruditas loquacitatis erucat, ætatis maturitas decoquat. *Prosee.*

7. Illud est molestum et periculosum, si cum laudatur eloquentia, persuadetur insipientia, et in pretioso poculo bibatur pestifera potio. *Lib. 4, de Anima et ejus origine*, cap. 3.

8. Valde sunt noxia prava disertia; quia hominibus minus eruditis, eo quod diserta sint, videntur et vera. *Lib. 2, de Anima et ejus orig.*, cap. 1.

9. Ingenium tuum, prudentia, eloquentia, et cætera quibus ornantur mores tui, dona sunt Dei. *Epist. 328.*

10. Nisi divinæ gratiæ subveniat adiutorium, nihil prodest copiosum et ornatum cuiuslibet exhortantis eloquium. *Lib. 2, contra Julian. Oper. imperf.*, num. 10.

11. Non ornato politoque sermone, sed rebus manifestis convincenda est vanitas hereticorum. *Lib. 4, de Genesi contra Manicheos*, cap. 1.

12. Ipsa eloquentia, quam tantopere omnes expetunt, aures tantum demulcet. *Epist. 42, ad Maxim. philos.*

S. AUGUST.

CICERO.

S. AUGUST.

S. BASILIUS

MAGNUS.

- S. BERNARD. 13. Monstruosa res, lingua magniloqua, et manus otiosa : sermo multus, et fructus nullus. Lib. 2, de *Consid. ad Eugen. Pap.*
14. Verbosum adolescentem et studentem eloquentie, cum sapientia sit inanis, non aliud quam justitie hostem reputes. *Ibid.*, lib. 4.
15. Cum loquitur quis, non studeat eloquentie, sed sermo ejus sit potius rusticanus, quam urbanus. In *speculo monachorum*.
- DIONYSIUS CARTHUS. 16. Eloquentia animum mollit, et ad consentiendum aures inclinat, nisi sapientia audientibus adsit atque justitia. Super *Acta Apostol.*, cap. 24, art. 24.
- S. EUSEBIUS CESARI. 17. Plus movet corda hominum vite sanctitas, quam ornata eloquentia. *Epist. ad Damas. Pap. de morte D. Hieron.*
- CILBERTUS NGLUS. 18. Magna eloquentia laus est, causam quam susceperis, apte exequi, et ad ejus commodum cuncta referre. Serm. 27, super *Cant.*, apud S. Bernard., num. 2.
19. Nusquam evidentiore eloquentie tue signum dabis, quam si humilem materiam exequaris ornate, et sermonis temperamento attollas, que per se facere videbantur. *Ibid.*
20. Quanto as auro villus, tanto inferior est eloquentis mullorum vere sapientie fructu. Super 2 *Paralp.*, cap. XII.
21. Eloquentia heretici preparata est ad animas decipiendas, et quoscunque associare potest, spirituali morte perimit. Super *Proverb.*, cap. VII.
- S. GREGOR. MAGNUS. 22. Plerumque dum proprietas verborum attenditur, sensuum virtus amittitur. Lib. 1, in *Registro indic.* 9, cap. 28, epist. 28, ad *Aristobalum ex-Prefectum*.
- S. HIERON. 23. Nec rusticus et simplex frater, ideo se sanctum putet, si nihil noverit; nec peritus et eloquens lingua estimet sanctitatem: multoque melius est e duobus imperfectis rusticitatem sanctam habere quam eloquentiam peccatricem. Epist. 2, ad *Neptoliam*.
24. Vere eloquentie torcularia, non verborum pampinis, sed sensuum, quasi invarum expressionibus redundant. *Ibid.*, epist. 4, ad *Rustic.*
25. Ejusdem eloquentie est, et paucum, et multa paucis verbis posse dicere. Epist. 15, ad *Pammach.*
26. Vir nobilis et urbana eloquentie, non habet quidquam in eloquio rusticitatis admixtum. In *prelatione super Isaiam*.
27. Eloquentie, que verborum sit fraude composita, facile vulgus cedit ignobile. Super *Eclesiasten*, cap. 1, super illud *Psalm.* XI : *Eloquia Domini*.
- HUGOCARD. 28. Quid eloquentie in sanctis reperitur, to-

- tum in laudem Dei cedit; nihil sanctorum viribus, sed Dei virtuti ascribitur. Super *Genes.*, cap. XXIV.
29. Eloquentia scientie secularis, quasi metretix, audiores suos allicit: adeo ut non sit foreva, a qua facilius non explicarent se homines. Super *Prov.*, cap. XXII.
30. Non magis queras ornatum verborum, quam fructum auditorum. Super *Eclesiasten*, cap. IV.
31. Eloquentes plurimos video, sed probos invenire non possum. Serm. de *Hieremia*.
32. Nihil prodest habere te verba, si scientiam non habueris: nihil prodest habere te verba, habere te scientiam, si non habueris opera. Homil. 44, super *Marc.*
33. Exigitur eloquentia torrens et vehemens, suadibilis et suaviter, copiosaque, ne adhaereat lingua palato, et areseat. Serm. in *concilio Thiemensi*, considerat. 2.
34. Nihil utilis, nihil ad gloriam aut res acquirendas commodius juventuti, quam eloquentia, que ex eo plurimum comparatur, si rerum in mente, et in ore copia sit verborum. Lib. 7, de *Nuptis curial.*, cap. 12.
35. Nequaquam in eloquentia, sed in virtute Dei regnum est. Super *Prolog. Regule S. Bened.*, cap. 2.
36. Quidquid non edificat, prorsus abjiciendum est, profunda namque et sensum et devotionem auferunt eloquentie verba. *Ibid.*
37. Sepe reperitur simplicitas veridica, et composita falsitas que hominem suis erroribus allicit, et per lingue ornamenta laqueos duices spargit. Lib. 3, de *Summo bono*, cap. 15, sent. 8.
38. Antiqui forenses eloquentiam, caninam facundiam nuncupabant. *Ibid.*, cap. 56, sent. 2.
39. Eloquentiam hunc esse staterim, qui id quod animo concepit, perspicua oratione demonstrare potest: non qui doctissimis ac sublimibus verbis, ea etiam que clara et dilucida sunt, obscurat. Lib. 3, epist. 42, ad *Theodor.*
40. Veritas licet possit sine eloquentia defendi, ut est a multis saepe defensa: tamen claritate ac nitore sermonis illustranda, et quodammodo differenda est, ut potentius in animos insinat, et vi sua instructa, et luce orationis ornata. Lib. 4, de *Divin. inst.*, cap. 1.
41. Ad erudiendum Dei populum, nullorum est utilior forma, quam martyrum eloquentia. Serm. in *Natali S. Laurent.*
42. Memento salutem animam, non in eloquentia, neque in venustate sermonis sitam esse. In *Canon. vite spirit.*, cap. 16.
43. Non improbanda eloquentia est, sed abusue eloquentie vituperandus est. *Ibid.*

- S. MAXIMUS MART. 44. Eloquentia saepe nihil quod sit pretiosum, magnive faciendum in profundo habet. De *Eclesiasten. mystagog.*
- S. PETRUS CHRYSOL. 45. Superbia est eloquentia voluptas, quando scientia deponitur fortitudo. Serm. 48.
- S. SIDONIUS EPISCOPUS. 46. Moris est eloquentibus viris, ingeniorum facultatem negotiorum probare difficultatibus: et illic stylium periculum, quasi quemdam foemini pectoris vomerem figere, ubi materis sterilitis argumentum vehit arida cespitis macri gleba jejuna. Lib. 8, epist. 10, ad *Haricium*.
- THOMAS A KEMPIS. 47. Plus est optanda bona et pura conscientia, quam subtilis et verbosa eloquentia. Serm. 42, ad *Novit.*, divis. 5.
48. Multa pulchra verba non implent saccum, nec eloquentia verborum sanctificat otiosum, neque ambitiosum. In *Portulo rosar.*, cap. 6.
- IN VITIS NATI. 49. Eloquentia sine virtutibus moribusque honestis, panis profectio sine sale esse videtur. In *Append. Heraclidi*, cap. 36.
- SENTENTIA PAGANORUM.
- ARISTOTEL. 50. Eloquentia, que sapientiam conjuncta est, humanae est vite gubernatrix. De *Rhetor. ad Alexandr.*
- CICERO. 51. In eloquentia multa sunt, que teneant, que si omnia summa non sunt, cum pleraque magna sint, necesse est ea ipsa que sunt, mirabilia videri. Lib. 4, de *Oratore*.
52. Is eloquens est, qui et humilia subtiliter, et magna graviter, et mediocria temperate potest dicere. *Prose.*
53. Is est eloquens, qui potest parva submisse, modica temperate, magna graviter dicere. De *perfect. Oratore*.
54. Eloquendi vis, quam est preclara, quamque divina! que primum efficit, ut ea que ignoramus, discere; et ea que scimus, alios docere possimus. Lib. 2, de *Nat. Deor.*
55. Quid est tam inhumanum, quam eloquentiam a natura ad salutem hominum, et conservationem datam, ad bonorum pestem perniciemque convertere? Lib. 2 *Offic.*
56. Effectus eloquentie est audientium approbatio. Lib. 2 *Tusc. quest.*
- PLINIIUS II. 57. Orationi et carmini parva est gratia, nisi eloquentia sit summa. Lib. 5, epist. 8, ad *Capitonem*.
58. Ut quandam artes, ita eloquentiam, nihil magis quam incipitia commendant. Lib. 9, epist. 26, ad *Luperum*.
- SENERCA. 59. Quo plura exempla inspecta sunt, plus eloquentia proficitur. Lib. 1, *Controvers.*
60. Magna et varia res est eloquentia, nec adhuc ulli sic indulsit, ut tota conlingeret: satis felix

est, qui in aliquam ejus partem receptus. Lib. 3, de *Declamat.* in proemia.

61. Nihil eque eloquentiam, et omne aliud studium auribus doctum vilavit, quam popularis assensus. Epist. 102.

Vide etiam tit. *Doctrina*, sent. 8, 11; *Locus in genere*, sent. 102, 103; *Sapientia*, sent. 105.

- Etyimologia*. Nihil aliud interpretatur episcopus, nisi superinspector, maxime cum solio in Ecclesia editore resideat, et ita cunctos respiciat, ut et cunctorum oculi in ipsum respiciant. De *Dignitate sacerdotali*, cap. 6.
- EPISCOPATUS GRAECUM NOMEN EST, ATQUE INDE DUCTUM VOCABULUM, QUOD ILLE QUI PRÆCEDITUR, EIS QUIBUS PRÆCEDITUR, SUPERINTENDI CURAM EFFICIT, Sicut et genus. *Prose.*
- Est quippe super, *προσβίς* vero intentio est: ergo *ἐπισκοπῶν* graece, si velimus, latine superintendere possumus dicere. Lib. 49, de *Civili. Deo*, cap. 49.
- EPISCOPUS DICITUR SUPERINTENDENS, quia super omnes debet intendere, pro omnibus sollicitus esse, omnes vita et doctrina transcendere. Super 1 ad *Tim.*, cap. III.
- Definitio. Quid aliud est episcopus, quam is qui omni principatu et potestate superior est, et quoad hominem licet, pro viribus imitator Christi Dei factus? Epist. 5, ad *Trullianos*.
- Divisio. Episcoporum ordo in tria dividitur: episcopos, archiepiscopos, patriarchas. Lib. 4, de *Sacrament.*, cap. 40.
- SENTENTIA PATRUM.
1. In episcopo vita formatur omnium, ut placido et pacifico iudicio praefatur, vir omnibus qui eligatur ex omnibus, et qui medietur omnibus. Lib. 10, epist. 82, ad *Vercellensium Ecclesiam*.
2. Honor et sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus aequari. *Prose.*
3. Si regum fulgore compares, et principum diademati, longe erit inferius, quam si plumbi metallum, ad auri fulgorem compares. De *Dignitate sacerdotali*, cap. 2.
4. Sicut nihil est episcopo excellentius, sic nihil est miserabilius, si de sancta via episcopus perichitetur. *Ibid.*, cap. 3.
5. Honor episcopalis coram hominibus preclarus est, sed si ruitum suscipiat, dolor magis est. *Prose.*
6. Nam quando praeter ceteris gradus episcopalis altior est, tanto si per negligentiam dilabitur, ruina gravior est. *Ibid.*
7. Si quis episcopatum desiderat, hoc est, si episcopus

S. AMBROS.

S. AUGUST.

HUGOCARD.

S. IGNATIUS

MARTYR.

HUGO A S.

VICTORE.

S. ALBROS.